satisfactionem et summae supra scriptae realem persolutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronunciat, Insinptionem eandem Reformationem Cassat mortificat et annihilat, sibi Suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo Silentium.

Kulczycki eidem Kropiwnickiemu Obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Hiacynthus Kulczycki Nobilis olim Mathiae Kulczycki Kolotoral filius, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali

940 Praemysliensi Iurisdictioni, quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam, libere, libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet Szescioro Stay Pola ornego z iedney Strony od miedzy eiusdem Nobilis Archonij Kropiwnicki, z drugiey Strony od miedzy Nobilis Stephani Kulczycki Kolotorali, szerz tolci Dziesięc exceptis Aedificijs ad eundem Agrum pertinentibus sibi Recognoscenti reservatis in Villa Kulczyce sortis suae Terrae et Districtus praesenti Praemysliensis # cum omnimoda praemissorum Iure Dominio proprietate, titulo q obligationis, cumq omnibus et singulis eorundem bonorum Vtilitatibus fructibus, prouentibus, redditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus attinentijsq et pertinentijs generaliter vniuersis nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente, suisq successoribus

consistentia

cessionibus reseruando seu excipiendo, verum prout præfatorum
bonorum hæreditas se in suis metis et Limitibus extendit et præ
tenditur, et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit ha-
buit et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime servi-
ebant. Idem continue et de facto Nobili Stechonio Krupienicki-
Bycerall eiusque posteris in Summa Viginti Quatuor florenorum
polonicalium cum per se Recognoscen[te] leuatam et perceptam de qua
præsens quietatur, hinc et ab actu præsenti ad Festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli post unum Annum proxime venturum inci-
dens, et in defectu præstiti eorundem bonorum summæque memora-
tæ Viginti quatuor florenorum Polonicalium totalis et integræ rea-
lis persolutionis, extunc de anno ad annum Festo ad Festum præ-
simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese de-
terminand[o], annis et Festis sese continue et immediate sequen[tibus],
usque ad exemptionem bonorum eorundem, summæ memoratæ tota
lis et integræ realem et effectiuam persolutionem obligauit in-
scripsit et inuadiauit, prout obligat, inscribit et inuadiat præ-
sens. In quæ quidem bona suprascripta præmissaque omnia præsens
per se Recognoscens obligata et inuadiata, eam continue et de facto
isidem Recognoscens Nobilis Hiacynthus Kulczycki præfato Illi
Nobili Stechonio Krupienicki Obligatario suo, eiusque posteris coram
Officio præsenti, dat et admittit realem Intromissionem et actualem
pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem
et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose acceptandam, per
ipsum Nobilem Stechonium Krupienicki Obligatarium suum ipsiusque
posteros, hæc eadem bona præmissaque omnia præsens inuadia-
ta cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et vsufructibus, attinentiisque
et pertinentiis generaliter omnibus tenendi, habendi, et possiden-
disque

illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos, suorumq
Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter conver-
tendi modo ac iure obligatorio. Debebitq et tenebitur memo-
ratus Recognoscens privat se ac suos Successores in et super
bonis suis generaliter omnibus, summisq penes quibusvis habitis
et habendis eidem suprascripto obligatorio suo inscribit et obli-
gat praefatum, ipsum ac eius Successores in dictis bonis praemissisq
omnibus, praefatum per se Recognoscentem impignoratis et ratione eo-
rundem omnibus, ab omni et quavis impetitione iuridica, qua-
rumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus ho-
minis existentium exorienda in omni Iudicio et officio Regni sem-
per toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, eximere interce-
dere et eliberare, indemnemq eum posteris reddere, nec-
non haec eadem bona, praemissaq omnia praefatum per se Recogno-
scentem obligata et impignorata, ab omnibus in genere Iuribus, et In-
scriptionibus prioribus et posterioribus, super praemissa omnia
modo quovis, cuicunq personarum factis et faciendis, nec non
aris a quibusvis citationibus super eadem bona suprascripta
modo quocunq importatis et importandis, Luenis denique et Perlu-
cionis, pro tribus Iuris quibusvis et in quocunq puncto et
gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praefatum obliga-
tis, perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq
et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam eo-
rum officii praesenti admissam in fundo bonorum eorundem
praefatum impignoratorum dum per Ministerialem competentem et Nobiles
duos officiose requiritur non denegare, imo debebit et tene-
bitur, eandem libere dare et effectualiter admittere, Dataq
et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum

omnium

omnium praedictorum inuadiatur quovis modo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praedictis obligati nullo modo inquietari; ita ut haec eadem bona praemissaque omnia praedicta inuadiata, idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praedictae Inscriptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat, illisque uti fruique possit usque ad exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalem et integram realem et effectivam persolutionem; sub vadio simili summae viginti quatuor florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem, sive eius successores, suprascripto obligatario suo, ipsiusque successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Hiacynthus Kulczycki Nobilis olim Mathiae (Mathiae) Kulczycki ... Totorak filius sive eius successores ad Instantiam praefati Nobilis Hrehorij Kropielnicki Bycorak obligatarij sui, vel eius successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliensis ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, uti parere, respondere; vadium praedictum luere, Inscriptioni huic satisfacere, omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta, ad exercitum, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus

impedimentis

impedimentis non differe volo. Ad Quietationem vltra praxinos officij praefati Castrensis Capitan. Praemysliensis terminos, dilationem sibi non re cipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibusque Iuris praesumptione terrestri bello, convencioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, harum serie praesentium pro termino ad praemissa mediante.

Sabbatho post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

10/7

Nowosielecka Zyrkowskim Coniugibus Roborat.

0741 Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Praemysliensi Magnifica Theresia de Siedliska olim Magnifici Alexandri Nowosielecki Castr. relicta Vidua sana mente et corpore existens, a terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo foribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, seu eius successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Scriptum certum manuale, per se Recognoscentem ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data illius in Villa Leszczyny die quinta mensis Aprilis anno praesenti in rem et personam Magnificorum Ioannis Casimiri Zyrkowski et Annae Barbarae de Trzeszowice Coniugum Confectum et conscriptum manu sua Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis clausulis articulis Vadijs, ligamentis, ac nexibus in Vniversum omnibus eisdem Magnificis Zyrkowskim